



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118316

§. 91. Novi Pontificis Electores nominati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Sæcul. XV. secundum antiquiora statuta electio
 A.C. 1439. tury Pontificis in Concilio tantum, & non
 alibi fieret, ac per Cardinalem Arelatensem
 Conventus Præsidentem, & alios triginta
 duos, qui tam ex Prælatiſ, quam inferioriſ
 ordinis Eccleſiaſticis ad hoc ſelige-
 rentur, perficeretur, nec illa valeret niſi
 ex tribus duæ partes in unum concu-
 rerent. Præterea ſtatutum, ut iidem E-
 lectores ante ingreſſum Conclavis omnes
 ſimul ſacraſſimam Euchariſtiam ſume-
 rent, ac juramentum juxta decretum
 Seſſionis XXIII. præſtarent: renuntians
 vero in Pontificem ſui electionem acce-
 ptare teneretur, & ante omnia juraret,
 ſe firmiter crediturum fidem Catholicam
 ſecundum traditionem Apoſtolorum, &
 Conciliorum Generalium, ac ſpecialim
 pro viribus promoturum obſervantiam
 decretorum Conſtantiendiſ, & Baſileendiſ
 Synodi, nec non proſecuturum electionum
 confirmationem. Poſtremo decreverunt,
 omne cauſarum, & litium exercitium præ-
 ter audientiam Camerae a die, quo deputati
 intrabuunt Conclave, ſuſpendendum eſſe.

§. XCI.

Novi Pontificis Electores nominati.

Nil jam reliquum eſſe videbatur, quam
 ſeligere eos, qui in ſocios futuræ e-
 lectionis Pontificiæ Triumviriſ jam antea
 nomina-

Sæcul. XV.
A.C. 1439.

nominatis adjungi deberent: verum hac die nihil conclusum fuisse deprehendimus. Postera autem die, tribus istis deputatis in unum convenientibus, Cardinalis Arelatensis, cujus tamen præsentia ceteros prævenire debuisset, interesse nimium cunctatus est. Tandem adveniens, & moram suam purgans, de gravitate imminentis negotii sermonem fecit; *Ho-* die, inquit, *magna res agitur, in nominatione quæ statim aperietur, salus Ecclesiæ (*)* pendet. Hæc verba vultu ad tristitiam composito, animoque turbato enunciat; verebatur enim, ne tres Electores, spreto majoribus Prælatibus, quosdam ex secundi ordinis Præsulibus seligerent, quo contemptu primi gradus Sacerdotes abs dubio ad iram graviter provocarentur. Hæc res ei majorem identidem suspicionem ingesserat, cum nihil hætenus de Trium virorum mente expiscari potuisset, utpote qui inviolabile silentium servabant, & aliunde quinam ab eis designarentur, omnino ignotum esset.

Æn. Sylv. de gest. Conc. Basil. lib. 2. p. 42.

Abbas de Scotia, & Joannes Segoviensis mœroris, quo afficiebatur Cardinalis,

(*) Æneas Sylvius habet: *Salus omnium nostrum, num vero salus Ecclesiæ perinde sit, ac Basileensium salus, Lector dijudicabit.*

Sæcul. XV.

A.C. 1439.

nalis, causam facile agnoscebant; hinc animo fractum erigere, metuque eximere laborabant. Cumque ex præterit eorum contemptu, qui ab Electorum numero excluderentur, nonnulla oriri obstacula timeretur, Segoviensis ea omnia submovebat, ac sine hæsitatione allevabat: necessaria pro futuro conclavi pararentur; res enim abs dubio eventura successura esset. Ergo Triumviri ad electionem illorum, qui eis adungerentur, procedebant, atque undecim nominabant Episcopos, qui computato Cardinale Arelatensi duodenarium expleant numerum, ad imitationem, inquit Eneas Sylvius, Collegii Apostolorum. Præterea designabant septem Abbates, quinque Theologos, & novem Doctores, quibuscum alii quoque nominati sunt Conclavis Ministri, Vicecamerarius quidem unus, custodes octo, præter Cæremoniæ Clericos duos, totidem Promotores, & Procuratorem Fiscalem unum. In hac electione nec Ordinis, nec præcellentiæ Nationum habita est ratio. Ex Italica natione seligebantur Guillelmus, qui Vercellis quidem Episcopus, ex Gallis vero oriundus erat; Georgius Augustensis Episcopus ex Salutarum Familia, & alius quidam Episcopus nomine Joannes unacum Ludovico Taurinensi. Abbates fuerant, Aletianus S. Benignus

& alii; Ex classe Doctorum, Nicolaus Sæcul. XV. A.C.1439.
 Thibout Normannus, & Joannes de Val-
 le Brito; Ex Juris peritis, Guilielmus
 Hugonis Archidiaconus Metensis; Ex
 Germanica Natione, Fridericus Basileen-
 sis Episcopus, Conradus de Lucella, Ci-
 sterciensium Abbas, Detslaus Polonus
 Archidiaconus Cracoviensis, Joannes
 Wyler Basileensis Decanus, & Jacobus
 de Salisburgo Ratisbonensis Canonicus.
 Hispanos inter numerabantur Episcopi o-
 cto, & nonnulli Doctores ex Castella,
 Navarra, & Arragonia (*).

§. XCII.

*Sessio XXXVIII. Basileensis
Concilii.*

Cardinalis Arelatensis, cum hanc nomi- Labb. Conc.
to.13. p.629.
633. § 149.
 nationem ceteris probari intellige-
 ret, dissipato angore sereniorem induit fa-
 ciem, prudensque Triumvirorum confi-
 lium, selectumque ad astra usque extulit,
 tandem-

(*) Non pigeat Lectorem ex Spondano Ba-
 ronii continuatore ad hunc annum num. 42. do-
 tos in hac Nationum designatione a Basileensi-
 bus commissos addiscere, & Poggium Florenti-
 num in *inveſt. in Antip.* pag. 56. apud Odori-
 cum Raynaldum adhuc annum num. 34. con-
 sultare, qui horum electorum fraudulentam inde-
 leas egregie describit.